



ANNUS  
APOSTOLICUS

5-6

BV30  
L3  
v. 3  
t. 5-6

00-525



1080015162

EX LIBRIS  
HEMETHERI VALVERDE TELLEZ  
Episcopi Leonensis

E  
HEM

ANNUS APOSTOLICUS



*Capilla Alfonsina*  
*Biblioteca Universitaria*

ANNUS  
APOSTOLICUS

CONTINENS CONCIONES

I. TOTO ADVENTU — II. TEMPORE QUADRAGESIMAE  
III. OMNIBUS ET SINGULIS TOTIUS ANNI DIEBUS DOMINIIS  
IV. DE SANCTIS

PRÆDICABILES  
STILO PERSPICUO ELABORATAS

CLARAQUE METHODO CONCINNATAS

AUCTORE R. P.

Fr. ZACHARIA LASELVE

*Sacrae Theologiae Lector, necnon Provinciae Recollectarum  
Sanctissimi Sacramenti seu Tolosanae alumnus.*

EDITIO REVISITA ET ADNOTATA A P. A. SARACENO PRESS. CONGREG. OR. TAURIN.

Volumen V.

Conciones pro diebus Dominicis.

A FESTO PENTECOSTES AD DOMINICA I ADVENTUS

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON  
Militar y Valverde y Tellez

AUGUSTE TAURINORUM  
EX OFFICINA LIBRARIA ECCLESIASTICA  
Eq. LAURENTII ROMANO EDITORIS

M. DCCC. LXXXI.

45162

BV 30  
L3  
V.3  
t.5-6

*Juribus servatis.*



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

Taurini — Ex Typ. V. Bosa.

## DOMINICA PENTECOSTES

DE SPIRITU SANCTO.

*Tu quis es?* (Joan. 1, 19).

Cum Judæi audientes mirabilia magna, quæ sanctissimus Christi præcursor operabatur, miserint sacerdotes et levitas, qui studiose perquirerent, quis ille esset: *Tu quis es?* abs re non erit, si iisdem jam utar verbis, ac sedulo exquiram et petam, quis sit portentosus ille Spiritus, qui hodie super apostolos descendens, tot in cœnaculo prodigia operatur. Petito mea hæc, audax quidem, itidem pia erit et sancta. *Audax sane:* cum Sancti Spiritus, qui Deus est absconditus et qui a se solo perfecte cognosci potest, cognitionem inquiram. *Pia tamen et sancta:* cum, sicut Philippus cognitionem Patris, sollicite et ego Spiritus illius, qui a Patre procedit, cognitionem assequi postulem. Nonne justum est, ut pro captu nostro et in spiritu humilitatis indagare satagamus, quid sit ille Spiritus qui erudit nos, roborat nos, vivificat nos et ad omne bonum nos allicit? Nonne æquitati et justitiæ consonum, ut investigemus, qui sit ille Spiritus, qui ad nos per gratiam suam venit, ut nos a criminum sordibus lavet, ut justos et sanctos nos efficiat, utque ad opera æternæ gloriæ meritoria perducenda nos excitet? Nonne tandem ipsa ratio naturalis a nobis exigit, ut in agnitionem venire ambiamus illius Spiritus, qui Pater

LASSUVE, ANR. AP. — VOL. V.

003325